Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iauream testamenti · cum certam eorum parte auri · in qua urna aurea erat his manna · Virga aaron que frondue rat · Tabule testamenti · super que erant cherubim gloriae obumbrando · propitatorio · de quibus modo non est dicendum singula · His uero ita compositis in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificia officia consumantes · in secundo autem semel in anno · solus pontifex non sanguine quem offerret pro sua · populi ignorantia · hoc significante spiritu sancto · nondum propalata esse sanctorum uiam · adhuc priori tabernaculo habente statum · Que parabola est temporis instantis · Iuxta quam munera · hostie offeruntur que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem · solummodo in cibis · et in potibus · et uariis baptismatibus · Iustitias carnis · usque ad tempus correctionis impositas · Xpus autem assistens · per maiorem · et perfectiorem tabernaculum non manufactum · idest non huius creationis · neque per sanguinem hircorum aut uitulorum · sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta · etiam redemptione inuenta · Secundum lucam ·

In illo tempore · Dixit ihesus turbis similitudinem hanc · Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua · et uenit quaerens fructum in illa · et non inuenit · Dixit autem ad cultorem uinee · Ecce tres anni sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea hac · et non inuenio · Incide ergo illam · ut quid etiam terram occupat · At ille respondens dixit · illi · Domine dimitte eam · et hoc anno usque dum fodiam circa illam · et mittam stercora · Et si quidem fecerit fructum · sin autem in futurum succides eam · Erat autem doctus in synagoga eorum sabbatis · Et ecce mulier que